



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Confirmatio fraternitatis inter nos & Altach.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

plus vltra victualia inofficiantis presbyteri solui possit, dummodo prædicti donatoris juris patronatus, & eius Capituli voluntas accesserit & consensus. Cuius etiam Ecclesiæ collatio seu locatio quotiens imminet, ad nos debet libere & sine impedimento quolibet pertinere, nec ipse Dominus *Hartlibus de Puchperch* neque eius posterius debent vel possunt suis infestis petitionibus ad conferendam eandem cuiunque aliquo modo coartare. Sed quod præmissam suam petitionem admisimus nos nostramque Ecclesiam suis benignis pertractationibus promotionibus beneuolentia si qua possunt, nos sponderunt vnanimitè & fauorabiliter promouere. In cuius rei testimonium sibi nostram damus litteram, nostrorum sigillorum & prædictorum Prælatorum munimine roboratam. Actum & Datum in *Osterhouen*, Anno Domini M. CC. C. sexto, In diuisione Apostolorum.

#### Confirmatio fraternitatis inter nos & *Altach*.

**V**iris religiosus & in Christo dilectis, Domino *Vrico* venerabili Abbati & Conuentui in *Osterhouen* ordinis *Præmonstraten*. *Wernhardus* Dei gratia Abbas & Conuentus Ecclesiæ *S. Mauritij* in *Altach* inferiori, ordinis *S. Benedicti*, cum orationibus salutem in eo qui est omnium vera salus. Legationes vestras hæcenus multiplices recepimus, super renouanda fraternitate, inter nostrum & vestrum monasteria olim habita, sed abolita vt dicitis temporum vetustate. Super quo vestrae charitati grates deuotas & humiles offerentes, eisdemque fraternitatis renouationem firmam & ratam iuxta petitionem vestram habere volentes, talem inter nos & vos nostramque & vestram Ecclesiæ pastorum & fraternitatis subiunximus vniõnem, videl. vt plenam participationem orationum & omnium spiritualium beneficiorum, quæ dante Domino in nostra Ecclesia fiunt, habeatis, in vita pariter & in morte. Hoc adjecto quod cum obitus alicuius vestrum nobis fuerit nunciatus, nomine suo in Kaln. nostro scripto, à quolibet sacerdote dicentur tres missæ, ab infirmorum verò gradu quolibet dicetur vnũ psalterium, & vnã quilibet corporalem recipiat disciplinam. Illiterati verò dicent centum & quinquaginta vicibus pater noster. Præterea singulis annis post Dominicam qua cantatur, Domine in tua, proxima vacante feria, generaliter, pro omnibus fratribus defunctis in vestro monasterio apud vos specialis commemoratio fiet, talis videlicet, vt pulsatis campanis vigiliæ defunctorum, & in mane missa vna cantetur publice in Conuentu. Ad supradicta autem vniuersa & singula astringi volumus & ligari si vos in eis omnibus & singulis parẽm nobis vicem & similem vicissitudinem faciatis. In quorum omnium euidentiam, præsentem litteram vobis damus, sigillorum nostrorum robore communitas. Acta anno Domini M. CCC. VIII. Indictione VI. In festo Patris nostri *Benedicti*.

#### De Seruitio *Mattenheim*.

**N**os *Vr* miseratione diuina Abbas protestauerunt in his scriptis quod nos secundum in *Mattenheim* ad mediam Hubam contulimus iure hæreditario *Hartlibo* & *Sifrido* dictis *Horpolli*, quæsitum & irrequisitum, tali pacto, vt dictam possessionem in campis villa metis & signis euidentibus ab aliis adjacentibus excipiant, & singulis annis nobis inde seruiant L. Den. cum tribus festis quolibet valente duos den. cum præsentatione valente i. den. in nostro placito generali, frequentabunt etiam alia placita nostra si opus fuerit ipsos alicui de quærrimonia respondere sed consuetudinem aliorum heredum. Quod si negligenter in his fuerint, ex tunc omni iure suo priuabuntur, & dicta possessio ad nos liberè reuertetur